INCIPIT LIBER DIGNITATUM ROMANI IMPERII *f. 59ʳᵃ*

<H> Abet magnitudo Romani imperii diversos dignitatum ordines que qualiter sint demonstrandum est.

Cum Romani regum superbiam dominationemque non ferrent, annua imperia binosque consules fecerunt. *Is. 9,3,6* Nam fastus regum non benivolentia, sed superbia erat. Ob hanc igitur rem Romani binos consules fecere, *Is. 9,3,7* quorum cuncta *agerentur et* regerentur consilio, quos tamen per singulos annos mutando elegerunt. † unde consules diu manerent et moderationes cito succumberent. Ideo autem duo consules erant, quia unus rem civilem, et alius rem militarem administrabat. Proconsules vicem consulis fungebantur. Curator autem procuratoris officium implebat. Exconsules erant qui rem consulatum iam impleverant. Dictatores quinquennio imperium administrabant, plus tamen honoris quam consules habebant.

Graphia-Libellus
f. 35ᵛ Kap. 1 (S. 339)
Consules in unaquaque provincia ab imperatoribus constituti sunt, ut subditos suos consilio/ *f. 36ʳ* regant, et non amplius nisi per annum consulatum teneant.

(S. 340)
Proconsul vicem consulis agat *Is. 9,3,8* et procurator vicem curatoris exequatur. Dictator per quinque annos imperium tenet, *Is. 9,3,9* maior quam consul, et secundus *Is. 9,3,11* post imperatorem. Dicti autem dictatores quasi principes et preceptores et magistri populi.

Cesares a Iulio cepti sunt. *Imperatores tantum non tantum urbi Rome* *Is. 9,3,12*
sed etiam toto orbi imperabant. Augusti ab Octaviano dicti sunt, qui au- *Is. 9,3,16*
xit rem publicam, et ab illo reliqui imperatores Cesares et Augusti *Is. 9,3,12*
sunt appellati. Qui Augustus dum ludum exspectaret et Romani *Is. 9,3,17*
eum dominum appellare decrevissent, statim manu vultuque indecoras adulationes repressit, et in sequenti die omnem populum gravissimo edicto corripuit et dominum se appellari ne a filiis quidem permisit *dicens cum sim mortalis dominum me scribere nolo.* Dux vero exercitum/*Romanum* in bello *et pace* ducebat. *Is. 9,3,22 f. 59ʳᵇ*

2 *Initiale nicht ausgeführt.* 13–15 ut nec insolens diu maneret, et moderatior cito succurreret *Isid.* 29–34 *Siehe oben S. 131.* 30 eundem in deum 32 dūm